



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

De Guilielmo Wright. n. 10.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

facere: Non placet: Frequentes interim me adeunt Pseudo-Evangelij Ministri: Nullum enim doctrinā insignem præteribant parentes quem ad me non adducerent; Dominus dedit os & sapientiam, quibus & opponentium rationibus, & audientium expectationi videbar fecisse satis.) Hæc ille ad Clau-  
diū. Tum exul primum, deinde redux in Angliam post annorum aliquot labores Professus quatuor votorum duodecimo Maij anni sexcentesimi vi-  
gesimisecundi, non diu superfuit.

X. Eo fere tempore quo hic in exilium pulsus alias sedes quærere iussus est; Guilielm.  
wright ex  
Germania  
in Angliam  
trajicit. Guilielmus VVright Anglicanæ Missioni additus est ex Germania Superiori. Natus Eboraci, & artibus quibus liberales doctrinæ continentur instructus, Auunculi Sacerdotis operâ Rhemos transmissus, aliquanto post tempore Romanum profectus, in Societatem cooptatus est, octavo Decembbris, anno seculi quingentesimi octogesimo primo: Dum peracto Tyrocinio humanioribus rependis, & Logicæ deinde inchoandæ admouetur, incommodâ vlus valetudine, mittitur Viennam Austriae. H̄t h̄c feliciter confessis studijs, bis Philosophos explicuit, ac tertio Græci Stiriorum; Tum etiam Theologos totidem fere per annos: Vtrobique Sodalitatē Beatæ Virginis Antiquitatem diri-  
genda Praefectus, Ferdinandum secundum frequentem habuit auditorem, qui in omni vita beneficij memor non minus absentem per literas coluit quām prælente m̄ perorantemque coluerat. Doctor Theologie renuntiatus, & quatuor nuncupatis votis, anno sexcentesimo secundo Alphonso Carillo earum Regionum Provinciali iunctus est socius. Sed cūm sublati dispersisque per temporum iniquitatem viris in nostra Missione claris, vnde conquire-  
rentur qui eorum locum cum dignitate implerent, Personius literis Claudi⁹ Generalis munitus, Guilielμ ab extetis ad domesticos labores auocat, & in Angliam destinat. Vix octo menses conluetis nostrorum occupationibus impenderat, indicio nescio quo proditus capit, & in Arcem Londini compingitur. Re intellecta, Salisburius Comes Praefecto Arcis renuntiat non esse hunc hominem qui se regni Republicæ rationibus misceat aut eo loco re-  
Capitur, &c  
Ministros  
duo com-  
uertit.nendum, mitteretur potius ad Episcopum, Doctumque quempiam cum quo de Religione decernat. Richardus Bancroftius per eos dies in Archiepiscopi Cantuariensis iura intrauerat, (vir austerus & rigidus) hic post breuem de Religione sermonem, ducendum tradit ad Album-Leonem cum mandato ut ne cuiquam ad eum pateat aditus." Id mirum est (inquit VVrightus) Ego e-  
nīm à viginti iam annis familiariter versatus sum cum similis vobis letæ ho-  
minibus, neque vlla vñquam intercessit offendio: Nunc in Patriam redux, ab omni arcear commercio? Durum id quidem, ed si ita fieri necesse est, on re-  
pugno.) At viri comitas & existimatio doctrinæ pluribus aperuit aditum, non ad eius solius præsens, sed ad plurium solatium sempiternum. Eodem carcere tenebatur Pseudo-verbi-Seminator, sed de cōcōnōe postulatus pronuntiat contra Ministros coniugatos, Hic fidelem se obtulit & præsttit interpretē, siue literæ essent yltriō citroq; mittendæ, siue quidpiā aliud amicis significandum.

Ita Deus in se sperantes nunquam destituit, & fidum interpretem præmio in-expectato donauit: Nam abdicatā quam habebat Ecclesiasticā possessione, Catholicis se adiunxit. Alter quicum ante captiuitatem fuerat ei consuetudo, ut intellexit teneri captiuum obtulit ei, si posset euadere, domum Cætabrigiæ, in qua tuto lateret, & ad præfens subſidium florenos quinquaginta. *VVrightus* memor Religioſæ modeſtia recuſatā pecuniā, & actis humanè gratijs, " De domo, inquit, ve vides prouidit Rex; si verò migrandum mihi sit extra Insulam non decrunt viginti in quibus humanissimè recipiar; tu cùm vxore oneraris & liberis, & domum & pecuniam habes ad viſus vitæ magis necessariam; Neque deerit mihi argentum & aurum in Dei Prouidenta conquietceti. ) Valuit ea moderatio & frequentior de vera fide sermo ad hunc etiam deviantem in rectam viam traducendum. Neque cum vlo genere hominum libentius disceptabat quācum cum huiusmodi ſciolis, qui vel experiundi causā, vel ſua ostendandæ scientiæ accedebant; Cūm enim non magno negotio quācum leuiter tinēti, quamq̄ue eſſent impares ad propugnandum, refutandum quod fulcepiffent ostenderet, vel ipsiſmet, vel certe affidentibus ſuadebat non tam facile credendum Magistris qui quā tenerent tueri non poſſent.

Gratſabatur per id tempus Londini pestilentia, à qua nec carcer immunis fuit; eo in diſcrimine cùm ſurdas Bancroftij aures fruſtra pulſaſſet poſtulans migrationem, ad ingenij artes conuerſus, clavis effigiem quā Carcer cludebatur conſpirantibus pluribus in argilla vel cera adumbratam tradit nota aurifaci ferro effingendam, & arte propitia elabitur, caſtode ex iudicia ad tabernam auocato. Inde procul Londonio in Leceſtrenſem Prouinciam ſemi-grans, illius residentiæ iecit fundaſta, rexitq̄ue per annos duodecim, magna cum animi moderatione; nec interim à laboribus, ſolitū ſe Societatis Ministerijs ceſſauit, docendo, exhortando, conſirmando Catholicos, heterodoxos quā v̄rbo, quālibris ſcriptis refellendo. Multos ſane mouit admiratio videre hominem extrema penē aetate, plurimāque literaturā, qui in celebribus Academijs Philoſophos Theologosque explicarat, ad Abecedarios pue-ros, & infima Rudimenta deſcendere, in hiſ totos dies versari, h̄ec ſedulo do-cre; id quod non libenter ſolum ſed cum voluptate quadam & hilaritate fa-ciebat: Denique eo in munere conſenuit: Nam famulum qui poſtremis annis illi miniftrabat, rudem & impolitum, rudimentis imbuīt Latinæ lingua, & id muneris non niſi cum vita depoſuit. Decennio prius quācum ē viuis diſcederet Asthmate tactus, (quod pulmonum vitio, & pituitæ grauedine in Orthopno-iam degenerauit cum perpetuo vita periculo) palæſtram habuit viuitis am-pliſſimam, Medicis affirmantibus ſubitanæ morte in Asthmatis patoxi-mo extinguendum. Sed effecit vir ſolertissimus quā quotidiano Miſſæ Sacriſicio, quā precum affiduitate, quā ſui inspectione, & mortis ipſā memoriam, vt nē mors illi ſubita aut improuifa accideret. Toto enim decennio inter acer-biſſimos quos patiebatur dolores, rariſſimè Sacroſanctum Sacrificium, aut ſtatas preces intermiſit. Patientiæ vero argumenta fuere plane admiranda;

etenim

etenim licet quotidie propemodū grauiissimis accessibus vrgeretur, ut praes̄tes 1609.  
 terneret doloris acerbitas, non equaliter solū constanterq; ferebat, sed & lepore In vltimo  
 aliquo condiebat singul i, nihil ore frequentius versans quam, *Da patientiam* morbo  
*Bone Iesu, & amorem; auge penam & dolorem: Deo gratias; infinites in in-* patientia  
*finitum, Deo gratias.* Accedit ad meritorum cumulum postremis mensibus & exercititia.  
 ealeuli dolor, qui Religio tum hunc militem, multā sui victoriā, multis patien-  
 tia, caritatis, fidei, aliarumque virtutum actionibus nobilem sustulit ad de-  
 cimum octauum Ianuarij diem, Romanæ Petri Cathedræ Sacrum, (quam Ca-  
 thedram summo studio semper defenserat) sub decimam matutinam, post-  
 quam Canonicum Officium per soluisset, Coronam Virgini Matri obtulisset,  
 & Psalterium Iesu, Litanias, aliisque preces recitasset, solita mentis serenitate  
 nemini vicinæ mortis suspicione faciens. Paranti se cuidam ad Missæ Sa-  
 crosanctam oblationem; *memento mei,* inquit, *ad altare;* Quæ fuere illi vlti-  
 ma verba. Nam subito in deliquium incidens, Extremâ unctione munitus  
 placidissime obdormiuit, Anno seculi sexcentesimi trigesimo nono; atatis  
 septuagesimo nono, Societatis sexagesimo. Quoniam inter acerbissimos do- Precandi  
breves sed  
sibi mule.  
 lores mentem in una re qualibet licet pia figere non dabatur, proposuit sibi

quædam quasi coronulas brevium aspirationum quas interdiu noctuq; vel La-  
 tinè, vel vulgari idiomate percurseret, & asperitatem cruciatuum mitigaret;  
 Quarum exemplar hic adscribere non erit inutile. Loco orationis Domini-  
 ce, Verbi gratia, recitabat Gloria Patri, & Filio & Spiritui Sancto, Sicut erat  
 &c. Tum.

Pater de Cœlis Deus, Miserere nobis. Decies.  
 Fili Redemptor mundi Deus, Miserere nobis. Decies.  
 Spiritus Sancte Deus, Miserere nobis. Decies.  
 Sancta Trinitas unus Deus, Miserere nobis. Decies,  
 Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis. Decies.

Repetito ad singulas decades Gloria Patri.  
 Eodem modo distribuebat in Classes Angelos omnes & Sanctos:  
 Incipiendo à Beatisima Virgine.

Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc & in hora  
 mortis nostræ. Amen,  
 Omnes Sancti Angeli intercedite pro nobis. Decies.  
 Omnes Sancti Archangeli. &c.  
 Omnes Sancti Principatus, &c.  
 Omnes Sanctæ Potestates, &c.  
 Omnes Sanctæ Virtutes, &c.  
 Tum de reliquis aliis: Omnes SS. Dominationes, omnes Sancti Throni  
 Omnes Sancti Cherubini: Omnes Sancti Seraphini: Omnes Sancti Spi-  
 ri tuum ordines. &c.  
 Aliam deinde Patriarchis & Prophetis & ceteris per ordinem Litaniarum  
 Sanctis: